



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1842

XI. Die Bischöfe Siegfried von Hildesheim, Conrad von Minden und Wilhelm von Havelberg bewilligen die Theilnahme ihrer Diöcesen an dem für den Tag der Ankunft der Reliquien und zur Einweihung des ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54306](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54306)

benedictionem. Ex parte dilecti filii nobilis niri Marchionis in Brandeburch nostris est auri-
bus intimatum, quod duo fratres ejus, fundatores Ecclesie in Stendal, quasdam possessiones et alia
bona eidem ecclesie contulerunt, ejusdem Marchionis accedente Consensu, vnde a nobis humiliter po-
stulabatur, ut bona illa et alia, que ipsa tenet ecclesia, dignaremur eidem ecclesie confirmare. Quocirca
discretionis uestre per apostolica scripta mandamus, quatinus predicta bona, que a fratribus ejusdem Mar-
chionis ipsi ecclesie sunt concessa, et alia, que possidere dinoscitur, ab ipsa ecclesia faciatis pacifice pos-
sideri, eos, qui se temere duxerint opponendos, per censuram ecclesiasticam appellatione postposita com-
pescentes. Quod si non omnes hiis exequendis potueritis interesse, tu ea, frater episcopo, cum eorum
altero nichilominus exequaris. Datum Rome apud sanctum petrum, III. Id. Aprilis, pontificatus nostri
Anno Nono.

Nach dem im Archive des St. Nicolai Stiftes befindlichen Original.

XI. Die Bischöfe Siegfried von Hildesheim, Conrad von Minden und Wilhelm von Havelberg
bewilligen die Theilnahme ihrer Diöcesen an dem für den Tag der Ankunft der Reliquien und
zur Einweihung des Halberstädter Domes gewährten Ablass, im Jahre 1220.

Venerabili domino et fratri in christo dilecto F. halberstadtensi episcopo ac reuerendis
dominis M. preposito A. decano totique eiusdem ecclesie maiori capitulo S. dei gratia hildensem-
fis, C. Mindensis et W. havelbergensis episcopi deuotas orationes in christo cum fraterne dile-
ctionis affectu. Recognoscimus et presenti pagina protestamur, de nostra fore licentia speciali, ut qui-
cumque penitentes vel alii deuoti In die aduentus reliquiarum et dedicationis ecclesie uestre, cui nos
interfuimus, de nostris dioecesibus ad ipsam ecclesiam uestram cum deuotione confugerint, aput eam ean-
dem gratiam, eandem Indulgentiam, quam uestris penitentibus et subditis decreueritis faciendam, ab ec-
clesie uestre antistite libere consequantur. Vt hec uobis firma sint et uenientibus profutura, hanc pagi-
nam, sigillorum nostrorum impressione signatam, ecclesie uestre in testimonium sufficiens erogamus, In
hiis et in omnibus, quibus possumus, nos et ecclesiam uestram semper honorare uolentes.

Nach dem Original des K. Provinzialarchivs zu Magdeburg. Unter den drei an dieser Urkunde
hängenden Stegeln ist auch das des Havelberger Bischofs noch wohl erhalten und sind von der
Umschrift die Worte: Wilhelmus dei gratia noch lesbar.

XII. Die Bischöfe zu Würzburg, Straßburg, Eichstädt, Worms, Speier, Paderborn, Verden,
Havelberg und Ratzeburg ertheilen zur Herstellung des Domes zu Halberstadt einen Ablass,
im Jahre 1239.

— Herbipolensis, argentinenfis, Eistatensis, warmaciensis, Spirensis, Paderbur-
nensis, verdenfis, havelbergensis, Raceburgensis Episcopi vniuersis in christo fidelibus, litte-
ras has uisuris, Salutem in domino Ihesu christo. Scriptum est, quod opera caritatis indulgentiam affe-
rant peccatorum et pendeant illa in cordis contritione sincera in operis confessione uera et in operis
satisfactione pro uiribus consumanda. Et ideo si quis christi fidelium, ad hec caritatis opera liberaliter in-